



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

præstitum, nisi adeo in eo perstiterint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur, nequaquam eligendi potestate priuentur, licet pro eo quod indignum nominando scienter contra conscientias suas agunt, & diuinam vindictam, & apostolicæ ultionis metum, quem qualitas facti suaserit, possint non immerito formidare.

VII.

Idem in eodem. Nulli licere decernimus, postquam in scrutinio nominauerit aliquem, & electio fuerit subsecuta, vel postquam præstiterit electioni de ipso ab aliis celebratæ consensum, illum super electione ipsa, nisi ex causis postea emergentibus, impugnare, vel nisi ei morum ipsius antea celata de nouo pandatur improbitas, seu alicuius alterius latentis vitii, vel defectus, quæ verisimiliter ignorare potuerit, veritas reueletur. De huiusmodi autem ignorantia fidem proprio faciat iuramento.

VIII.

Idem in eodem. Si quando contigerit, duabus electionibus celebratis, partem alteram eligentium duplo maiorem numero inueniri, contra electores, qui partem reliquam sic excedunt ad extenuationem zeli, meriti, vel auctoritatis ipsorum, reliquis, vel electo ab eis aliquid opponendi, omnem præsentis decreto interdiximus facultatem. Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum redderet ipso iure, id eis non intelligimus interdictum.

IX.

Idem in eodem. Quamuis constitutio felicitis

*Concil. Tom. 28.*

Bbbb